sub vadio similis summae Ducentorum Floren. pecun. polon. per praefato reg[ne]nti
Gnoso Jan Popiel eiusque successores eidem Creditori seu eius posteris ob non
solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco supraexpresso ad solven.
dum succumbend. Praeterea memoratus regnans Gnosus Roman Popiel praedicto Gnoso
Iwan Popiel ac ipsius successoribus dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque
potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castren. authentice de-
promptam ad Acta Castren. authentice depromptam ad Acta Terrae Praemislien. quan-
documque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tantum valebit ac si
per ipsummet regnantem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad sol.
vendum succumbendo ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda citatus ex
istens memoratus regnans Gnosus Roman Popiel aut eius successores vel instante
praedicti Iwan Popiel sive ipsius posterorum ad officium praesens Castren. Capitanea.
Praemislien. ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper
in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere meliore Vadium
praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac te-
nebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat cuncque terminum primum
peremptorium et alios omnes consequentes Causae eiusque terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minoreniitate successorum legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilatio-
nibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos
Terminos officii praefati Castren. Praemislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque moti-
ones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplici-
bus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris protectione Terrestri bello
conventionibus et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua
praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

8/X 1630

**Actum in Castro Praemisliensi Feria Terti-
a post Festum Sancti Francisci Confes-
soris proxima Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Trigesimo**

Czurylowa Lanckorunskiemu Donat.

Comparens

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Ge-
nerosa Zophia de Brzezie olim Gnosi Nicolai de eadem Brzezie Lanckorunski
Succamerarii Terrae Leopolien. filia Gnosi Dni Nicolai de Goray Czurylo Dapi-
feri Terrae Sanocen. consors legitima cum eiusdem mariti sui viri tutoris Coniugalis
assistentia et ultroneo ad infrascripta regnanda consensu sana mente et corpore
existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren. Praemislien. quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie
incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipsa bona sua propria et hereditaria in se recognoscendo per praedictum olim parentem
suum et Illustrem ac Magnificum Stanislaum de Brzezie # Palatinum Podoliae fratrem su-
um germanum iure naturalis successionis post sterilem ipsius decessum devoluta vi-
delicet Oppidum Rayg[ro]d et villam Koledziany necnon medietatem villae Zalesie
super fluvium Sarnkow sitas in Pallatinatu Podoliae et Districtu Camenecen.
consistens ad praesens in obligatione Gnosi Pauli Kielpinski possessione exercita
quae sibi infrascripto Donatorius suus sua propria pecunia eximere bonaque eadem
ab onere eiusque possessionis obligatione liberare tenebitur Cum omni praemissorum
iure Dominio et proprietate titulisque haereditariis Curia praediis holodiis structuris aedi-
ficiis omnibusque et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus redditibus emo-
lumentis obventionibus subditis kmethonibus hortulanis inquilinis eorumque laboribus
Censibus dationibus vecturis obsequiis agris cultis et incultis pratis campis sylvis
pascuis nemoribus indaginibus rubetis gais fluviis fluminibus rivis rivulis
torrentibus eorumque decursibus littoribus stagnis piscinis theloneis foralibus
pontalibus aggeralibus incisionibus Attinentiisque et pertinentiis quarumvis Universis
ac cum totali bonorum praedictorum fundo et haereditate nullisque penitus exce-
ptis nec pro se suisque successoribus aut alioquopiam reservatis Sed omnibus in
genere et singulis in specie competentibus generi per speciem et e contra in
nullo derogando verum ita late longe circumferentialiter prout praefatorum bono-
rum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit
ac prout eadem bona ipsemet regnans tenuit habuit et possidebat ac ipsam
concernebant eidemque serviebant. Jam ex nunc et de facto Gnoso Stanislao de
Lanckorunski # s

Brzezie Lanckoronski nepoti suo eiusq[ue] posteris dedit donavit ac titulo pure
merae perpetuae et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit prout p[rae]sen[ti]
dat donat ac titulo purae merae perpetuae et irrevocabilis donationis inscribit et
resignat. Etiam eorum eadem resignans Gnosa Zophia de Brzezie Czurylowa
suprascripto donatario suo et illius posteris coram officio p[rae]senti in eadem bona
modo p[rae]misso donata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq[ue]
possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio
p[rae]senti additos dari quacunq[ue] voluerit officiose acceptandam. Per ipsum donata-
rium suum eiusq[ue] posteros bona p[rae]fata p[rae]sen[ti] per resignantem donata iure hereditario
tenendi habendi possidendi illisq[ue] pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
suorumq[ue] successorum quorumvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi perpetuis
temporibus. Debetq[ue] et tenetur memorata resignans Gnosa Zophia de Brzezie Czurylo-
wa pro se ac suos successores in et super bonis suis omnibus et summis
pecuniariis habitis et habendis eidem Gnoso Stanislao Lanckoronski aut eius po-
steris inscribit et obligat ipsum et illius posteros in eisdem bonis donatis tam ra-
tione eorundem bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq[ue] personarum
cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus existentium in omni Iudicio et officio Regni
ex omnium contra obligationibus p[rae]dictis excepto quod sub nexum evictionis et
earundem p[rae]sentis cadere non debent tam in toto quam in parte totiens quoties
opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac eliberare indemnemq[ue] cum
posteris reddere Necnon bona p[rae]donata donata tam in toto quam in parte ab
omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis
factis et faciendis tum etiam a quibusvis creditoribus in eadem bona importatis
et importandis lucris denique et pluribus ac passibus iuris quibusvis in quocunq[ue]
puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni ob-
tentis et obtinendis in eisdem bonis donatis productis et producendis emundare
et eliberare mundaq[ue] et libera semper facere ac etiam intromissionem p[rae]fatam co-
ram officio p[rae]senti admissam in fundo bonorum p[rae]fatorum cum per Ministerialem
et Nobiles officiose requisiverit non denegare imo eandem libere et effectualiter dare
et admittere dataq[ue] et admissa eadem possessionem et usumfructum p[rae]missorum
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non adimere nec impedire. Ipsumq[ue] donatarium suum et illius posteros

in eisdem

in eisdem bonis donatis tam in toto quam in parte non iniuriari. Ita ut eadem
bona per resignantem donata idem donatarius suus cum posteris quiete et pa-
cifice vigore inscriptionis p[rae]sentis donationis tenere et possidere queat temporibus
perpetuis [illegible] corporali iuramento
[illegible] de Brzezie Czurylowa aut eius suc-
[illegible] Lanckoronski ac illius posteris ob non comple-
[illegible] omnium et singulorum tam in toto quam in parte [illegible]
opus fuerit ad solvendas succumbendas [illegible]
Brzezie [illegible]
possessionibus dat et concedit plenariam facultatem [illegible] potestatem inscriptionem
praesentem donationem ex his Actis Castren[sibus] Premislien[sibus] authentice depromptam ad
Acta quaecunq[ue] authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia quandocunq[ue] vo-
luerit transferendi et transportandi quam transportatam tantum robur et valorem
hac sua personali recognitione habituram declarat ac si per ipsummet resignantem transpor-
taretur. Pro quibus quidem damnis Zembus p[rae]fatis simpl[ici]t[er] atq[ue] corporali iura-
mento taxandis per eandem resignantem Gnosam Zophiam de Brzezie Czurylowa aut eius
successores ad solvendas succumbendas ac pro se aliquo p[rae]missis non comple-
ta complendaq[ue] p[rae]missis citata memorata resignans Gnosa Czurylowa aut eius
successores ad instantiam p[rae]dicti Gnosi Stanislai Lanckoronski vel illiusq[ue] posterorum ad
officium p[rae]sens Castren[se] Capitaneale Premislien[se] extunc recessus suprascripto quoad sendum
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iure
parere respondere damno p[rae]tacta Zemia simpl[ici]t[er] taxata luere inscriptioni huic
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seq[ue] ac suos successores
ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios om-
nes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio mi-
litari ad munimentum ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et lega-
libus impedimentis non differendo ad quietationem ultra priores terminos officii
p[rae]fati Castren[sis] Premislien[sis] dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] actiones ap-
pellationes ac earum prosecutiones faciendo ac p[rae]missa omnia p[ro] vis simplicibus

vel tricatis, quaestionibus suspensionibus fatalibus iuris processione terrae bello conuen-
tioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac
sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda Pridie Festi Sanctae Hedwigis Electae [illegible] Anno Domini Millesimo sexcentesimo Trigesimo

14/X 1630

Parankowa Makarowa Jachoni Mikitiak Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitaneal. Premislien.
Honesta Paranka Honesti olim Makar Luczyn filia et successor unica de
Villa Wikszyce Sacrae Regiae Maiestatis ad Tenutam Mediceensem pertinente, bona
cum personali assistentia et consensu praesentaneo Honestorum Fedko Aduo-
cati et Jacko Hrynio wiczh de villa eadem Wikszyce incolarum suorum
et amicorum de linea paterna consanguineorum proximiorum hic ipso penes eam pro-
nunc stantium et ad infrascripta reqnanda eidem libere consentiendum sana
mente et corpore existens a iure iurisdictioneque sua quauis propria et com-
petenti recedendo huic autem iurisdictioni castrensi Premisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac expresse
recognouit. Quia ipsa existens perfectae seu decrepitae aetatis et non valens de
infrascriptis bonis praestare labores et onera ferre existensque pupilla multisque
oneribus et debitis post desolationem et incursionem Tartarorum inuoluta in ab-
lutionem eorundemque debitorum bona sua propria infrascripta volens certam sortem
areae dictae Iwanczewiczh desertatae cum horto et agro pratibusque vulgo Ze-
tynia omnimodam portionem in hereditate villae praefatae Wikszyce
in fine eiusdem villae iacentem et consistentem in se Dominio redeuntem per parentem
suum iure naturali successionis deuolutam et sibi seruientem suam omnimodam portionem
iure Dominio et proprietate hereditate titulo iure cum omnibus et sin-
gulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus prouentibus redditibusque emolumentis

obuentionibus

obuentionibus attinentiis et pertinentiis quibusvis uniuersis nullis penitus exceptis
nec pro se suisque successoribus aut aliquoquam reseruatis sed omnibus in genere
et singulis in specie comprehensis generaliter et specialiter et e contra in nullo
denegando verum ita late longe circumferentialiter prout praefatam bo-
norum hereditas suis metis et limitibus ab antiquis extenditur
pertendens et prout eadem bona ipsamet reqnans tenuit habuit et possi-
debat ac ipsum concernebat ac eidem seruiebat. Iam ex nunc et de facto
Honesto Jacko Mikitiak olim Honesti Wasilczko filio et ipsius successoribus dedit
donauit ac titulo puro mero perpetuo et irreuocabilis donationis inscripsit et resignauit
prout praesenti dat donat ac titulo puro mero perpetuo et irreuocabilis donationis
inscribit et resignat perpetuis temporibus. Et iam ex nunc eadem reqnans Honesta
Paranka praefato Donatario suo eiusque posteris coram officio praesenti in bona
suprascripta donata dat et admittit realem intromissionem et actualem paci-
ficamque possessionem pertinentem quemcunque et nobiles duos ipsi iam ex nunc ab
officio praesenti additos die quacunque voluerit officiose acceptandis per ipsum Do-
natarium suum eiusque posteros bona suprascripta donata iure hereditario tenendi haben-
di possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque suc-
cessorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi temporibus per-
petuis. Debebitque et tenebitur memorata reqnans Honesta Paranka prout se ac su-
os successores inscribit super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis habitis
et habendis suprascripto Honesto Jacko Mikitiak et ipsius posteris inscribit
et obligat ipsum et illius posteros in dictis bonis donatis et ratione eorundem
bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica quandocunque personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni exonerando
per omnes processiones terrestres prout ad quamlibet personam terrestris spectat et pertinet
processionaliter tueri quoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere ac
liberare indemnemque cum posteris reddere. Nec non bona praedonata donata tam in
toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterio-
ribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusuis citationibus in
eadem bona importatis et importandis litis denique et pro litis ac processibus iu-
ris quibusuis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quouis iudicio